

nobis duodecim marcas argenti de elemosina fidelium sibi commissa, ut in dedicatione capellae omnium sanctorum unus ferto, in die patronorum unus ferto, VI. Idus Decembris pro memoria Gumperti patris sui unus ferto, Idus Aprilis pro memoria Irmetrudis unus ferto conventui ad emendationem praebendae per plebanum sancti Nicolai annis singulis perpetuo ministretur. Nos vero piaae praedicti domini H. providentiae congaudendo non modicum annuentes, nos et praedictae ecclesiae plebanum ad solutionem et executionem praemissorum infallibilem sub poena suspensionis ab ingressu ecclesiae sub sigillorum nostri et capituli nostri et civium Lipzencium quorum nomina sunt subnotata communimine fideliter obligamus. Actum et datum anno domini M°.CCC°.XI°. in vigilia beati Jacobi apostoli. Testes huius obligationis sunt dominus Al. quondam praepositus, H. de Brunswich, Symon de Vriberch, Jo. Haul, H. de Wizenvels, H. Baurus, Jo. de Dreileben, Nicolaus de Woluishain, H. de Schonevelt, Siffridus List, Jo. de Wrzin, H. de Cice, H. de Hospitali, Th. de Merica, H. de Woluishain, H. Caraz, H. de Nova civitate, H. Tanzch, Wilhelmus Tanzch, Th. de Pesna sacerdotes ecclesiae, H. de Woluishain, H. de Erphordia, Rudegerus et Fr. de Honstete familiares nostri, Rulo quoque magister civium, Joh. Cine, Wal. de Torgowe, Joh. Papissae, H. de Hallo, Tilo de Giten, H. de Trenowe et ceteri consules universi.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Probsts Conrad, des Capitels von St. Thomas und der Stadt Leipzig an Fäden von rother Seide.

No. 80. 1311. 10. Oct.

Probst Conrad und der Convent treffen Bestimmung über Verwendung der von ihrem Mitbruder Rudeger von Basel erkaufte Zinsen zu Wolfshain. Vgl. No. 76 u. 77.

In nomine domini amen. Nos Conradus dei gratia praepositus, Johannes prior totusque conventus monasterii sancti Thomae in Lipzk recognoscimus et praesentibus litteris protestamur, quod dilectus frater noster Rudigerus de Basile comparavit nobis suis denariis per dei gratiam duris laboribus acquisitis ab ecclesia sanctimonialium sanctae Crucis prope Misne duas marcas et dimidiam reddituum in villa Woluishain, quae fuerant proprietates dictae ecclesiae sanctae Crucis, cum omni proprietatis utilitatis et libertatis iure quo praelibata ecclesia possederat dicta bona, ita sane: Dictus Rudigerus unam marcam praedictorum reddituum, quae post mortem eius praeposito qui pro tempore fuerit cedere debet, quam diu idem Rudigerus vixerit per adiutorium praepositi libere possidebit, altera marca et dimidia pro tribus annis perpetuo peragendis ex nunc per ipsum Rudigerum conventui liberaliter deputatis, prima media marca in anniversario praedicti Rudigeri quando occurrerit deserviet, quamdiu vero vivit quando sibi et priori placuerit pro consolatione conventus totaliter expendetur. Secunda media marca in anniversario Heinrici Missegrif, tertia vero marca media in anniversario Guttradis uxoris praedicti Heinrici Missegrif in consolatione saepedicti conventus similiter expendentur. Ceterum decem solidi,